



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 1. Dei ars est, contraria è contrarijs elicere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

*nim* iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. Post eiusmodi laudes, mensæ accubuerunt, testatique sunt postea, nunquam se suavius epulatos esse, quam cum incoctis carnibus, in silua, vescerentur. Sic Deus ipsos lupos voluit esse famelicorum hominum laniones. Nec mirum est à lupis homini prædam relictam, si à lupa Romulum ac Remum lactatos esse Romani crediderunt.

## C A P V T XIII.

*Mirabile iudicium Dei, per simplicissimos, sæpe efficientis, quod per sapientes sperari non potuisset.*

§. I.

*Dei ars est, contraria è contrarijs elicere.*

**N**on subuenit igitur tantum ijs diuina misericordia, quibus alij non subueniunt; aut qui aliunde deferti sunt, sed sæpe etiam subuenit, per lupos, per ceruos; aut si per homines, certè per illos, de quibus minimè sperauisses; sicut in contrarium sæpe nocent, quos credidisses tibi profuturos, vt pro perca, quod dicitur, *scorpium capias, & ex ipsa vipera medicinam*, hoc est, *ex inimicis salutem*. Ars maior est, remedijs minoribus succurrere: maxima autem; si non

si non tantum contraria contrarijs curen-  
 tur, sed etiam ipsi artis præcepto contraria  
 adhibeantur. Sic Seruator *expuens in terrã* Ioan. 9. 6  
*fecit lutum ex spũto*, ad oculos cæci illumi-  
 nandos, cum alioqui luto oculi excæcentur;  
 nihil enim illis magis est contrarium. Sic  
 cum nihil fit, quod aquas magis reddat a-  
 maras atque impotabiles, quam sal (vt ex  
 marinis aquis est manifestum, quas nemo  
 potest bibere) tamen Elisæus eas, immisso 4. Reg. 2.  
 in amaras aquas sale, dulces potabilésq; ef- 20.  
 fecit. Si artem sequi humanam, aut phar-  
 macopolas voluisset imitari, saccharum in-  
 spersisset, mel infudisset, mulsum, non sa-  
 lem indidisset. Habet ergo præcipuam ad-  
 mirationem diuinæ prouidentia illud coele-  
 ste iudicium, quo *vocat ea que non sunt, tan-* Rom. 4.  
*quam ea que sunt*; & vtitur ijs, qui sunt cõ- 17.  
 temtibiles, in hominum oculis, vt eos con-  
 fundat, qui sibi videntur esse sapientes. Nam  
 quemadmodum, apud Strabonem, *Croto-* Strab.  
*niatarum postremus, reliquorum primus est*; lib. 6.  
 ita sæpe, apud Deum, *primi fiunt nouissimi*; Matth.  
 & *nonissimi primi*. 19. 30.

## §. II.

*Innocentis Monachi ridicula simplicitas mali-  
 tiosissimi Nobilis iniquitatem emendat.*

T

I